Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Augustini Episcopi de Dominica IIII.

Liberatoris nri predicatio nra est liberatio.

Duas autem aduertimus in eo euangelio dni piscationes. id e quando aduerbum ipsius missa sunt retia. unam pri quando discipulos elegit. & hanc alteram quando a mortuis resurrexit. Illa piscatio significat ecclesiam qualis e modo. ista o post resurrectionem dni significat ecclesiam qualis futura est in fine seli. Denique in illa piscatione priore iussit mitti retia. & non dixit in quam partem s. tantum m ut mitterentur precepit. Miserunt discipuli non dictum e in dexteram non in sinistram. Pisces enim homines significabant. Si ergo dicerentur in dexteram soli boni futuri erant. si dicerentur in sinistram soli mali. Quia o pmixti futuri fuerant in ecclia & boni & mali. sine differentia missa sunt retia ut caperentur pisces significantes mixturam bonorum & malorum. Deinde & hoc ibi scriptum e. quia tantum piscium ceperunt ut due nauecule pene mergerentur: non enim submersa sunt duo illa nauigia s. plenitata pmultitudine piscium. Significatum e hic quia multitudinem quam collectura erat ecclia. plenitatura fuerat disciplina. & hoc adunctum e in illa piscatione atq; narratur: quia & retia pmultitudine piscium disrupta sunt. Disrupta retia quid significauerunt. nisi futura scismata. Tria ergo ista in illa piscatione significata sunt mixtura bonorum & malorum. pressura turbarum. separationes hereticorum. mixtura bonorum & malorum. quia nec in dextera nec in sinistra missa sunt retia. pressura turbarum quia tantum captum e ut nauecule mergerentur: separationes hereticorum. quia tanta fuerat multitudo ut retia rumperentur: Respicite nunc